

Um
1092.





DE CVRA QVA RES PVBLICA
PROSEQVI DEBEAT REM
OBSTETRICIAM

COMMENTATIONIS MEDICAE

SECT. I.

NECESSITATEM REI OBSTETRICIAE EMENDAN-
DAE EX TRISTISSIMA IPSIVS CONDITIO-
NE AC FORMA DEMONSTRANS

AVCTORE

CHRISTIANO AVGVSTO LANGGVTH

PHILOSOPH. ET MEDICIN. DOCT. PROFESSORE PVBL.
EXTRAORDINARIO.



WITTEBERGAE MDCCCLXXXII.

DE CURA QVA RES PUBLICA
PROSEQUI DEBEAT
COMMENTATIONIS MEDICAE

SECT. I.

NECESSITATEM REI PUBLICAE
DARE EX TRISTISSIMA REI CONDITIOE
AC FORMA

A. V. G. H. I. E.

CHRISTIANO AUGUSTO LANGGUTH
PHILOSOPHO ET MEDICO DOCT. PROSEQUE
EXTRAORDINARIO

WITTEBERG





DE CVRA, QVA RES PVBLICA PRO- SEQVI DEBEAT REM OBSTETRICIAM.



Qui voluerit aetatis nostrae studia comparare cum iis, quae sunt a maioribus nostris, ineunte hoc seculo et superiori, agitata; is facile inueniet literas artesque, cum ad naturam hominis rerumque circa ipsum positarum dilucidius explicandam, cum ad necessitates vitaeque commoda facilius paranda, summe necessarias valdeque vtilis, vel tot tantisque locupletatas inuentis, vel certe ita exultas atque perpolitatas esse, vt, quantum inter antiquitatem nostrumque seculum intercedat discrimen, quantumque hoc illi antecellat, nemini obscurum esse possit, nisi qui vel partium studiosus sit, vel consuetudinis ac superstitionis vetustae nimis tenax. Nam, quod seruilem illam atque deprauatam philosophandi rationem, quae ad principia scholae olim diiudicans omnia, vanis hypothesebus superbire, et inanes atque infinitas lites agi-



tare solebat, hoc nostro seculo plane expulsum, inque eius locum meliorem, certis, cum doctrinae, tum humanae naturae fundatam, principii introductam atque receptam videmus, id pro luculentissimo praestantiae aevi nostri signo iure quodam nostro habemus. Vnde enim nisi ex hoc ipso fonte fluit sedulitas illa atque assiduitas summa omnium ordinum inter homines, immo ipsorum procerum atque principum, qui omni tempore negotiis funguntur non gloriolae vanae famaeque aucupandae causa susceptis, sed salutem, tutelam atque securitatem civium, ipsorum fidei atque curae commissorum, vnicuique spectantibus? quibus persuasum est, sicuti corporis humani sanitas ab integritate atque incolumitate omnium partium, vel minimarum, pendeat ac proficiscatur: ita rei publicae salutem, nonnisi cuiuslibet fortuna firmata, opibusque auctis, locum habere posse vel stare durabilem. Hoc est consilium illud laudabile, quod principes fere omnes, qui famam tot leges ferunt atque praescribunt civibus suis saluberrimas; qui maiorum instituta ad salutem publicam facta vel emendant vel renouant; qui noua condunt, magnisque passim sustentant sumptibus, vnicuique sectari videntur.

Quae omnia, quaquam in se spectata praestantissima sunt, quamquam felicissimis interdum gaudent successibus, quamquam auctores tutoresque suos gloria famaque immortalis extollunt: tamen non possumus non confateri, plura superesse ex illo genere instituenda et procuranda ad civium salutem, quae vel plane adhuc desiderantur, vel si extant, ita sint digesta atque disposita, ut parum inde aut nihil commodi sperare liceat. Ad neglectas illas publicae salutis partes pertinent, ut mihi quidem videtur, in quibusdam terris Res obstetricia, et consilium illud saluberrimum in publicas aedes recipiendi mulieres grauidas ac parturientes,



rientes, quae paupertate impediuntur, quo minus sibi proliquo suae factis possint consulere, quarumque partus, si recte procuraretur, varie reipublicae prodesse possent.

In causas autem, quae huic saluberrimo consilio adhuc obstiterunt, inquirentes, tres potissimum deprehendemus. Prima haec est, quod viri principes, qui eiusmodi instituta fulcire vel condere queant, formam et conditionem eius rei tristissimam cum innumeris malis, quae inde manant, non rite noscunt, aut certe non ita perspectam habent, ut ex illo fastigio, in quo collocati sunt, ad hanc infimae plebis miseriam demissi, eius gravitate atrocitateque satis commoveantur. Accedit hoc, esse quidem multos, qui non ignorent ingens damnum, quod neglecta re gravissima non possit non dimanare ad maximam rei publicae partem: Sed his illud obstat, quod vel modum ac viam inuenire non possunt, qua huic malo occurrendum sit, vel aliis districti negotiis animum ab hac parte auertunt. Iis denique, quibus et misera conditio rei obstetriciae bene cognita est, nec obscura remedia sunt, quibus sanari possit is morbus, sumtus, qui requiruntur vel nimis magni videntur, vel illud incompertum est, unde reditus, ad instituta ex hoc genere necessarii, peti debeant. Fuerunt autem multi et apud externos et nostrates scriptores, qui diuersis temporibus, partim singularibus huic argumento dicatis publiceque editis scriptis, necessitatem instituti alicuius, in quo ars obstetricia publice doceatur atque exerceatur, eiusque vilitatem sat grauibus docerent argumentis. Quorum pia vota atque consilia in quibusdam regionibus atque terris non solum beneuole suscepta, sed etiam ad usum translata fuisse scimus: Sed in plerisque terris vel ne vestigia quidem saluberrimi illius



instituti deprehendimus, vel sic ubi sunt, tam imperfecta sunt, ut vix umbram rei, nedum rem ipsam tenere videantur.

Quapropter, cum illud humano generi tam utile institutum, nondum satis absolutum videamus, nec tamen meliora in posterum euenire posse, modo rite demum ab omnibus hominibus eius agnoscatur necessitas atque utilitas, diffidamus: nos operam non omnem perdituros esse speramus, in hoc libello, „De cura, qua res publica profequi debeat rem obstetriciam,“ quaedam exposituri. Hanc vero potissimum materiam scribendi elegimus propterea, quod singulari semper ducti amore et plurimum temporis studiique in hac artis medicae parte addiscenda atque excolenda consumimus, et cum Berolini versaremur, nacti sumus occasionem exoptatissimam plura videndi, obseruandi, colligendique, quae eam in rem prodesse possint. Multa obseruauimus ipsi in publicis istis institutis munificentia regis maximi ibidem amplificatis et nouo splendore auctis; multa didicimus ex colloquiis cum Viris experientissimis Selle atque Voitus hac de re saepius habitis, multa denique collegimus e descriptionibus aliorum eiusmodi institutorum, quae in aliis terris florere dicuntur. Nec tamen hoc polliceri possumus, nos plane noua esse prolatos pro rei, quae sese ipsa satis superque commendat, grauitate atque utilitate, argumenta: Sed potius vestigia virorum cum doctrina, tum auctoritate famaue illustrium, qui ante nos hac de re doctissime disputauerunt, diligenter legemus. Quae igitur ab his iam dicta sunt, ita breuiter vel repetemus vel exornabimus, ut nostra qualiacunque adiuuiamus et rem grauissimam lectorum et memoriae et liberalitati et efficacissimo fauori diligenter commendemus.

Actio



Actio parturienti est quidem, vti experientia quotidiana docet, perfecte naturalis, et ab omnibus animalibus, homine solo excepto, ope naturae ipsius atque negotio absolvitur. Ibi nec obstetrix est, nec obstetricans, qui auxilium ferat, nihilo tamen minus res bene succedit, nullisque animalia vexantur damnis atque periculis: Certe hoc fieri credimus, cum vel raro nobis data sit occasio, animantia tempore partus videndi atque obseruandi, vel ea parum curemus: Nec est, quod aliter rem se habere suspicemur. Animantium enim in libertate viuentium corpora rarissime fabricam habent mutatam vel distortam. Sed cum nostris hominibus, qui tot tamque variis obnoxii sunt iniuriis atque periculis, quae vel a peruersa viuendi ratione vel a moribus prauis, vel a coniunctione ciuili, vel denique ab vitae necessitatibus victusque penuria proficiscuntur, longe aliter res se habet. Hi enim solis naturae viribus confidere nequeunt, sed potius omnia subsidia, quibus iniurias vel sibi ipsis illatas, vel aliunde acceptas, aut depellant, aut minus efficaces reddant, aut quod melius est caueant, sedulo conquirere coguntur. Qua propter, cum feminis parturientibus omne saepe petendum ab arte et expectandum sit auxilium, regiones atque terrae illae infelicissimae sunt, in quibus obstetrices atque viri obstetricantes vel plane deficiunt, vel illud munus grauissimum et naturae humanae saluberrimum vetulis mandatam est, omni cognitione necessaria destitutis, superstitiosis, fœcordibus immo crudelibus, nec vllam laudem, qua sese commendent, habentibus, nisi hanc forte, quod ipsae saepius partum ediderint, in quibus tonsoribus atque balneatoribus imperitissimis, structuram corporis muliebris plane ignorantibus, nec quomodo partus actio succedat, et in quo differat naturalis partus a praeternaturali, scientibus,



tibus, nec quomodo' partus pro diuerso situ, magnitudine atque mole infantis, eiusque relatione ad capacitatem atque amplitudinem peluis maternae diuersa quoque ratione sit absolendus vel promouendus, antea edoctis, liberum artis obstetriciae exercitium concessum est atque relictum: vbi nec praemiis excitantur homines ad omnem operam magnosque sumtus huic arti addiscendae atque exercendae impendendos; nec poenis vllis petulantia eorum atque impudentia coercetur, qui tantum lucri causa artem obstetriciam callere se profitentur, sed more carnificum infantes pro lubitu discindunt atque mutilant, matres miseras laedunt, easque post tot tantosque cruciatus tandem, vt victimas immolant. Est profecto haec multarum regionum apud nos tristissima facies, a qua curiosius contemplanda quis non abhorreat, quis horrore non concutiatur, si diligentius eam perspicere cogatur? Quam si ita, vti est, haberent cognitam, sapientissimi atque elementissimi principes, ipsorumque amici, quotidie occupati in promulgandis legibus ac tuendis, quae communi saluti prospiciant, et in condendis institutis, quibus miseriae humanae consulatur: in omnibus denique rebus, quae ad salutem publicam aliquid conferant, curandis, dirigendis atque firmandis indefessi: nonne eadem clementia, eadem humanitate atque munificentia ducti haec quoque miseriam tollerent, iustas ciuium quaerelas audirent, eorumque piis votis responderent? Certissime nobis persuasum est, ipsos omni studio in eo laboraturos esse, vt hancce labem eluerent ac prorsus delerent.

Exempla vero, quibus quae antea diximus luculenter probare et aperte docere possumus, nec deficiunt, nec ab exteris regionibus peti debent, cum in patria nostra plura extent. Quae quidem prae aliis
 asserre



afferre eo minus dubitamus, quo maiori tenemur patriae amore, eamque a malo, peste crudelius faeuente liberatam cupimus.

In agris oppidisque patriae nostrae minoribus quam plurimis nulla plane reperitur obstetrix, adeoque parturientes suae forti relinquuntur, quae si forte benignior est, clamore atque eiulatu motam vicinam quandam aut cognatam misericordem adducit ad auxilium, qualecunque demum sit, praestandum. Quale vero sit auxilium, quod a muliere imperita, nec, nisi quid ipsa tempore partus perpessa sit, experta, praestari possit, sibi ipse quilibet dicat aequus, nec praeconceptis opinionibus impeditus iudex. Estne igitur mirum, tot parturientes praesertim primiparas vel haemorrhagiis exsanguis, vel animi deliquiis prostratas, vel conuulsionibus correptas miserimo modo vna cum foetu excludendo perire?

Interdum plures pagi vniam alunt communi sumtu obstetricem, nec tamen melius hisce consultum est. Ponamus enim, duas grauidas, locorum spatio distitas et vno eodemque parituras tempore, cui ex his primum auxilium feret obstetrix? Nonne illi, cum vtrique simul operiri ferre nequeat, ad quam primum fuerit accersita? aut illi, a qua argius se esse accepturam praemium sperat? alteram autem fortunae relinquet? Nec obstetrix si vel ex odio, vel pigritia atque socordia alteram neglexerit, de neglecto accusari poterit officio, cum et res ipsa, et locorum interualla, et tempestatis iniuriae ipsi sat graues praebeant excusationis rationes.

Si quis vero existimet, medicum vel chirurgum eius rei peritum tunc temporis esse accersendum, qui munere obstetricis fungatur: is sciat, chirurgum, qui plura edoctus sit, quam barbam tondere aut scari-





rificare, vix vllum reperiri in oppidis maioribus, multo minus in agris, vbi chirurgo vel dexterrimo, nisi ius tondendi barbas atque balneandi a tribu sua pecuniae vi sibi comparauerit, ne artem quidem suam exercere liceat. Medici vero in vrbibus sunt quaerendi, et virorum obstetricantium vix vnus a qualibet regione maiori, circulum vulgo dicunt, alii solet.

Hinc sequitur, quoties partus difficiles vel praeternaturales occurrant, aut partus cum symptomatibus periculosioribus coniuncti sunt; aut foetus vitiiis organicis laborantes excludantur: toties fere vel matres vel foetus vel vtrosque simul, nisi forte fortuna seruentur, esse perituros.

Quomodo autem accadat, vt mulieres, quae vel grauiditatem occultauerint suam, vel partum ediderint clandestinum, quod solet rarius euenire, grauissimis afficiantur poenis, immo in quibusdam regionibus capite plectantur, ne scilicet aliquid detrimenti capiat humana societas, vel reipublicae temere subtrahatur ciuis: huic autem malo, quo tot homines pereunt fere quotidie, et integrae gentes extinguuntur ac furripiuntur ciuitati publice, nullis plane remediis occurratur, id vero mente et cogitatione assequi non possum. Nam qui numerum infantum violenta manu et clandestine necatorum contulerit cum istis, qui in omnium conspectu vel desituti auxilio tempore partus matri praestando pereunt, vel ex negligentia, pigritia, atque inscitia obstetricum inter pariendum moriuntur, vel denique a chirurgo crudeli atque imperito, personam obstetricantis agente, de industria interficiuntur: is omnino fateri cogetur, numerum horum longe superare illorum paucitatem.

Iam vero neutiquam credamus, rem esse peractam omnem, reique obstetriciae satis bene prospectum, modo obstetrices constituantur partu-

rici-



rientibus succurrentes, modo adsint, qui opem ferant, chirurgi. Tantum enim abest, ut his modo constitutis miseriae humanae consulatur, ut ista hoc modo aucta adeo videatur. Vnde enim tot funera infantum necatorum, quae e portis urbium efferuntur celebrium, ubi plures sunt constitutae obstetrices, ubi chirurgorum quos dicunt tanta cohors? unde tot pompae funebres, quaestusque lugubres de parturientibus ipso partus tempore extinctis? Alio ex fonte fluant haecce mala necesse est, quem iamiam aperire animus est.

Pleraque scilicet obstetricum nostrarum artis, quam profitentur, adeo ignarae sunt, ut vel notissima ignorent. Fidem quidem superabit lectorum, si dicam plures ex illis nescire, quibusnam partibus corporis muliebris genitalia constituantur? ita tamen esse, exemplis demonstrare possemus, nisi odiosa essent et vanum foret de talibus feminis verba facere, quae ne dignae quidem sunt obstetricum nomine. Ad reliquas progrediamur, quae, cum funiculum recens nati deligare, ipsumque lavare didicerint, omnia sibi tenere videntur, quae ad liberum atque salubre artis nostrae exercitium necessario requirantur. Quam manca vero sit et imperfecta ipsarum scientia, facile existimare poterimus, si cogitauerimus, istas nec de pelvi compage illa ossea, a qua uterus cum partibus annexis quasi in sinu suo fouetur et cuius quasi alis per omne graviditatis tempus fertur uterus cum mole sua, atque sustinetur; nec de ossibus pelvim constituentibus eorumque inter se iuncturis; nec de capacitate pelvis eiusque ad partes foetus relatione ullam unquam sibi comparasse notitiam. Quilibet vero rei obstetriciae paululum gnarus bene scit, multum iuvare ad partus negotium ex voto absolendum, structuram pelvis vel bene formatae vel vitiatae rite noscere, amplitudinem eius exacte metiri.





tiri, et cum mole infantis capitisque ambitu comparare posse. Quae si omnia nescit obstetrix, quid tandem ab eius opera et arte expectare possis? Nec organon illud, quo foetus per nouem alitur menses, et quod vterus vocatur, melius norunt, eiusque fabricam ex nervis, arteriis, venis vasisque lymphaticis per contextum cellulosum inter se vnitis mirifice compositam esse sciunt, nec vim qua praeditus est, sese contrahendi atque expandendi, vti et situm eius, partesque quibus continetur, plane ignorant. Est ne igitur mirum, plerasque obstetrices falsissimas immo ridiculas plane de vtero opiniones crepare. Quarum nonnullas hic commemorare a re nostra non profus alienum esse videtur, vt eo melius ipsarum elucescat inscitia summa atque ignorantia. Aliae enim vterum cum animali rabido, quod, simul ac irritetur, mordeat, quod ex vno loco in alterum migrationes instituat, quod ad collum ascendat, et parturientes iugulare atque suffocare minetur, comparare solent. Aliae vero saccum referre vterum opinantur circa aperturam suam arctissime constringentem sese, nec nisi manu obstetricis vi quadam ingesta sese aperientem. Hinc tam sedulae conspiciuntur in dilatando vteri orificio, nec prius ab hoc opere desistentes, donec dolores acutissimi et conuulsiones vehementissimae foeminas parturientes fere confecerint. Sunt aliae, quae sibi fingant canales singulares, ex ventriculo in vterum recta via tendentes, per quos iuscula pinquia oleaque varia, quae copiose et abundanter aegris propinant, vt parietes vteri laesos atque vulneratos inungant atque consolident, in vterum ferantur. Et quamquam nauisae, vomitus, rauedines, debilitates ventriculi, aliaque aegris maxime molesta symptomata, quae ob oleosis istis potionibus producuntur, sequi solent, vt vel his error iste satis superque con-

vir-



vincatur; ita tamen superstitionis anilis impeditae ludibriis sunt pleraeque obstetrices, ut nihil ipsas a talibus opinionum monstris dimoueat. Quaedam inuersum atque ex vagina propendentem vteri fundum pro parte placentae restantis habent, et dum hunc attrahere atque deglubere conantur, vterum rumpunt *). Polyposas concreciones procidentias esse vterinas aliae falso opinantur, quas vero dum ut prolapsus reponere pessariisque retinere tentant, vel in vlcera maligna immo cancrosa mutant, vel in immensam molem exerefcere patiuntur.

Paucissimae obstetrices vterini orificii conditiones atque mutationes, pro vario grauiditatis, virginitatis atque partus statu varias cognitae habent. Quomodo vero tales obstetrices vel de virginitate et grauiditate puellae alicuius suspectae coram iudicio, vel de tempore partus instantis, vel de clandestine peracto partus negotio iudicium ferre possint, vlla fide dignum, perspicere non possum. Nec doctiores inueneris obstetrices in doloribus veris atque spuriiis subtiliter distinguendis, ad quod tamen ipsis bene attendendum est in partus actione dirigenda, ne his neglectis grauidam iusto citius fellae imponant, laboribus frustraneis defatigent, atque viribus priuent ad veri partus laborem superandum necessariis; vel veris pro spuriiis habitis doloribus nimis sero obseruent grauidam, foetumque ex sinu matris prodire atque in terram prolabi sinant. Hoc vero lapsu vitam in periculo esse infantis recens nati, quis est qui dubitet? Aliae in eo peccant, quod vesicam aquas continentem et ad partes genitales extendendas et ad ipsas inungendas atque lubricas reddendas a prouida natura destina-

B 3

tam

*) Eiusmodi exemplum narrat Armbeuster et Facultas medica Lipsiensis ante aliquot annos de eiusmodi casu responsum dedit,



tam citius ac necessitas postulat, rumpunt, et nimium festinando an-
sam praebent, vt orificium vterinum non rite attenuetur, sed crassius
maneat, viae, quibus partus promoueri debeat, exsiccentur, vterus circa
foetum constringatur, partusque in vniuersum nisi praeternaturalis,
difficilior saltem efficiatur.

Nec partes infantis in partu obuias rite distinguere didicerunt. Sci-
mus errorum exempla, quibus oblectrix clunes praecias pro facie ha-
buit, ob similitudinem ani aperti cum ore infantis; interdum brachia
obuia cum pedibus commutare solent, et dum pedem attrahere cupiunt,
brachium adducunt, situmque infantis ex toto inuertunt, quae res nisi
statim emendetur, arteque absoluat partus, sed naturae relinquatur
viribus, mortem cum infantis tum saepe matris simul efficiat necesse est.
Nihil enim hic profunt omnia illa consueta obstetricum artificia, qualia
sunt expectatio diuturna, preces ad deum, consolationes, querelae, vel
attractiones brachiorum immo eorum extractiones vel amputationes;
quas quidem manuactiones saepius repetunt, vt tamen aliquid fecisse
videantur, nec se quid omisisse parturientibus persuadeant. Caput vero
cum ipsis explorantibus affertur, bono animo sunt, partumque bene esse
succesurum parturientibus praefagiunt, nec de eo, quod caput ratione ad
peluim matris habita mole maius esse aut oblique forte versus orificium
vterinum protrudi, aut parte parum commoda inflare possit, cogitant,
sed tam diu saepe numero expectant auxilium naturae, donec caput in-
fantis instar cunei compressum, partes genitales tumidae factae atque
aridae, vterus totus quantus circa foetum constrictus, grauida denique
doloribus acutissimis debilitata imo viribus profus exhausta conspiciat-
tur. Tum vero in auxilium vocare, solent medicum vel chirurgum ob-
stetri-



flettricantem; non ut opem, quae ferri amplius nequit, ferat, sed ut habeant, in quem deoluant omnem culpam, ac fugiant commode iram et quaerelas indignabundi feminae pessumdatae mariti.

Quaecunque vero in genere considerata aut ad partum promouendum, aut ad commoditatem parturientis aliquid conferunt, ea vel ab his mulierculis turpiter negliguntur, vel prorsus ignorantur. Situs quidem, in quo collocant grauidas, plerumque molestissimus est et ad partus negotium facilitandum adeo ineptus, ut vel maxime naturales partus in multas horas protrahantur. Dorsum enim mulieris parturientis puluinaribus suppositis sustentare atque suffulcire fere omnes negligunt; qua tamen re longe melius elaborant dolores, nec viribus tantopere priuantur parturientes. Nec hac occasione silentio praeterire possumus, fellas parturientium, quas plerumque secum ducunt obstetrices, minus apte constructas esse, cum pars illa, in quam dorsum reclinamus, nimis ad perpendicularum sit, nec ita disposita atque facta, ut vel acclinari vel reclinari possit, prout varius parturientis postulauerit status. Feminas gibbosas et circa pectus distortas stando facilius parere, quam decumbendo; herniosas contra vel peluim nimis amplam habentes melius decumbendo partum edere, quam stando, atque de hac re diligentes monendas esse, res quidem notissimae sunt; obstetrices vero nihilo tamen fecius contrarium agunt. Porro clysmatibus emollientibus, tepidisque fomentis partes genitales multum relaxari, molliores reddi atque tam lubricas, ut transitus foetus valde adiuuetur, spasmi cessent, immo conuulsiones vehementissimae sopiantur, omnes qui etiam artis obstetriciae non adeo gnari sunt, facile sentiunt, ast ab obstetricibus fere omnibus nulla remedia ex hoc genere adhibentur, quae fere semper aliquod



aliquod tamen leuamen productura essent. Ad supersticiosa contra, minus efficacia, nec non noxia saepius confugiunt artificia. Collum verbi causa parturientium fasciis pluribus constringunt arctissime eo consilio, vt, quo minus pressione vehementi qua plerumque excutitur foetus strumae producantur, impedian. Quid vero hoc modo efficiunt, nisi hoc, vt sanguinis ex capite refluxum sufflaminent atque tollant, et ignorantiae simul luculentissimum prodant exemplum. Alia nempe noxia, atque antea dicta consuetudo, est illa crebrior exploratio, qua semper vexant aegras, inque partibus genitalibus mulierum inflammationem, vlcera *), atque sphacelum producant, aquas iusto citius rumpunt, et caput in partu obuium saepe e situ suo dimouent, partusque adeo naturales in praeternaturales commutant. Porro aliae, vt partum accelerent, naturaeque opem, vt falso credunt, ferant, uteri orificium internum digitis dilatare suis omni studio laborant. Viam enim inde parari apertam capiti infantis appropinquanti existimant, cum tamen auxilium allaturae, vt opinantur, partumque faciliorem redditurae, difficiliorrem efficiant, dolores atrocissimos creent parturientibus, et inflammationi orificii vterini interni ansam praebeant.

Duae supersunt obstetricibus vltimatissimae quidem, non minus tamen noxae manuuctiones, reprehensionis quadam nota dignae: altera, qua os coccygis, vt capiti exitum concilient liberiore, omni vi reclinare

*) Alb. Hall. Diss. — de morbis quibusdam vteri. — Goett. 1753. Puella rudius ab obstetrice vexata, ostendit horrificum et fere incredibile in pelui vlcus — Consumserat purulenta corruptio vesicae partem inferiorem vaginae finitimam et vaginam vna et vterum, et partem intestini recti, vt ex vulua in apertam peluim via pateret. Ipsum sacrum os vnciae spatio exesum fuit.

nare conantur, idque saepissime frangunt: altera qua digitis indicibus vtriusque manus intra caput infantis et perinaeum immisissis caput in apertura pelvis superiori adhuc haerens ex sinu matris quasi extollere atque perinaeum supra infantis caput quasi stringere tentant, hacque ratione partum optime se accelerare putant. Qua tamen manuductione non solum nihil efficiunt, sed etiam saepissime infantem totum dilacerant, doloresque excitant grauidis atrocissimos. Partus vero, nisi ex voto succedat, aut lentius progrediatur, ad pharmaca statim, quoniam causas, quae partus negotium retardent, ignorant, confugiunt vel plane inertia, vel vehementissima. Ita quatuor inprimis illas aquas amant desstillatas aegrisque suis propinare solent, Aquam Cinnam. f. v. Aqu. Melissae spirituof. Aqu. Puleg. atque Verbenae partibus anaticis inter se commixtas. Et dum ab his auxilium expectant, tempus perdunt pretiosissimum, quo artis adiumenta adhiberi possent, quae serius praestita plane inutilia sunt. Saepe vero hisce non acquiescunt, sed nisi statim effectus sequatur exoptatus, calidissima pellentia ex vino meraco aut spiritu vini rectificatissimo cum aromatibus vehementioribus parata miscent pharmaca, grauidisque exhibent, quibus cum calorem impense augeant, motumque sanguinis cieant vehementiorem, inflammationes partium genitalium, immo gangraenam producant necesse est.

Ad partum clunibus praeuiis facilitandum alia vtuntur encheireisi. Digitis enim vel in anum vel in pudenda immisissis attrahunt infantem, adeoque pueris, qui offeruntur, scrotum auellunt, puellis autem clitoridem pudendaque adeo tumefaciunt, vt, prout Cl. Lebmacher *) narrat, puellae pro pueris habitae, et vt tales baptizatae fuerint. Nec non

*) Vid. Plenck pag. 275.



non membra foetus dum attrahunt, vel brachia elapsa in uterum intrudere nituntur, saepissime distorquent, vel plane frangunt. Quod quidem ipsis esset condonandum, cum vel dexterrimo accidat obstetricanti, modo simul ac foetus natus est, reponerent subsidiaque applicarent chirurgica. Partus cum pedibus obuiis nascitur, aut versionem fecerunt obstetrices, saepe caput infantis, dum truncum summa attrahunt violentia, a trunco auellunt, aut auulso capite membranisque tantummodo firmato in auxilium vocant obstetricantem virum, qui nisi bene ad ea, quae iamiam facta sunt, attenderit, omnem culpam commissi erroris subire debet.

Haec de erroribus, quos obstetrices circa ea imprimis, quae ipsius partus negotium respiciunt, vel ex ignorantia vel ex negligentia frequentissime committunt, dicta sufficiant. Iam paucis ea notemus, quae partu absoluto obstetricibus sunt agenda. Nec in iis perficiendis ipsas deprehendemus dextiores atque doctiores.

Secundinas, nisi partu peracto statim subsecutae sint, omni vi promouere atque expellere laborant. Tussire parturientes iubent, concutiunt ipsas, volam manus inflare, digitumque in collum vt vomitus oriatur demittere mandant, ipsae vero vel deglubere placentam vel funiculi attractione ipsius solutionem efficere repetitis tentant vicibus. Quibus operationibus et funiculi rupturam et haemorrhagias insignes et vteri inuersiones *) febres intermittentes

*) Eiusmodi inuersionis narrat exemplum Armbenster in Diss. de felice vteri post partum inuersi restitutione: Exper. Siebold scilicet Prof. Wurceburg. ad parturientem vocatus est, cui obstetrix rudi planeque inepta manuactione adhibita et haemorrhagiam contraxerat enormem, et vterum

tes *), inflammationes, immo gangraenam, mortemque saepius produci experientia quotidiana docet. Vterum quoque saepius rumpi per violentam secundinarum extractionem, eius rei multa prostant exempla, quorum quinque a Cl. Steidelio **) commemorantur. Nec tamen ex scriptis anxie conquirenda sunt exempla, cum quotidie plures eo modo laesas feminas in publicum prodire videamus, in quibus luculentissima documenta dexteritatis obstetricum nostrarum inuenire possumus.

Eodem modo in discindendo atque deligando funiculo umbilicali peccant. Cum enim proxime ad abdomen discinditur, profusionibus sanguinis lethalibus, inflammationi peritonaei et musculorum abdominalium, suppurationibus diuturnis, immo herniae umbilicali ansa praebetur maxime opportuna. Funiculum umbilicalem temere discidunt, nec considerant, vtrum debilitas foetus nexum per aliquod temporis spatium adhuc requirat cum matre, an vigor deficiens a congestionibus sanguinis versus caput, ipsiusque pressu in cerebellum tenelli proueniat, adeoque a nimia sanguinis copia sectione funiculi sit liberandus infans. Foetus scintillam vitae minimam adhuc alentes pro mortuis habent, ipsos locis remotissimis immo vaporibus variis atque noxiis refertis, reponunt, faciem atque os tegunt, vt ipsis vel minimam respirandi aufe-

C 2

rant

rum inuerterat totum ita, vt extra pudenda propenderet, ipsumque obstrixipartem adhaerentis adhuc placentae esse opinaretur.

*) vid. Goett. gel. Anz. de ao. 1777. Zugabe 42. St. pag. 671. vbi sequentia leguntur: Die verursachten Verletzungen der Gebärmutter und das harte Anziehen der Nachgeburt sind öfters die offenbahren Ursachen des folgenden Wechselfiebers.

**) vid. Steidels Beobachtungen von der in der Geburt zerreisenden Gebärmutter, Wien 74 et 75.



rant facultatem *); Et quibus in vitam sunt reuocandi eiusmodi debiles foetus remediis, ea aut nesciunt, aut plane inepta eligunt. Nam cepas aut allium ipsis intrudunt, aut spiritus Cornu Cerui largam copiam infundunt ipsisque vlcera oris maligna conciliant, quibus si vel in vitam reuocentur, facultate fugendi priuentur, adeoque mortis faucibus reddantur. Saepe vero operam, qua vitam seruare atque excitare paruulorum possint, impendere nolunt. **)

Multae obstetrices, quamquam de cranii structura, ossibus, quibus componitur, cerebrique quod continet, indole nullam plane sibi comparauerint scientiam, capita tamen infantum recens natorum, vt ipsis formosam quandam speciem concilient, comprimere solent. Pressu vero quodam paulo rudiori cerebrum ipsum, in primis cum ossa cranii in infantibus nondum sint coalita, sed supra se inuicem moveantur, facillime comprimi posse adeoque infantes suffocari, quilibet, vel mediocriter peritus, vltro concedet, et Cel. Plenkius exemplis comprobauit ***). Ingentem sic numerum infantum recens natorum perire ex negligentia rudique inscitia obstetricum, adeoque quae antea dixerimus, vera esse nemo amplius dubitabit.

Nec de cura recens natorum magis sollicitae esse videntur. Quamquam enim notissimum est officium obstetricantium, in partes omnes infantis accuratius inquirendi, apertae ne sint excretionum viae vel clausae reperiantur? vtrum frenulum linguae longius protractum sit,

quo

*) Portal in seinem Bericht über die Mephitischen Dämpfe, Frft. und Leipz. 778. und Smellie Obseru. des Accouchements, T. II. p. 448.

**) vid. Cel. Frank Medicin. Poliz. II. p. 175. Portal. l. c. et p. 80.

***) Vid. eiusd. Anfangsgr. d. Geb. Hülfe, II. Th. III. Cap. XIV. Abfchn. et Gazette Salulaire 1780. No. XI.

quo fuctio impeditur? tamen haec omnia negligunt, nec explorant vias excretorias, nec mucum respirationem saepe impediendam ex faucibus tollunt. Frenulum autem linguae vtrum sit longius protractum nec ne, parum curantes, omnibus sine discrimine infantibus discindunt vnguibus, qua operatione non solum laesiones varias, haemorrhagias, exulcerationes atque scirrhos contrahunt infantibus, sed etiam exponunt eos periculo, vt frenuli maiore parte ac opus erat, discissa, lingua nimis retrorsum moueatur, atque infans suffocetur. Necessitas, anum, vaginam atque vrethram clausam cultro chirurgico aperiendi, vltro apparet, nec non distorta atque fracta reponendi.

Fasciationem infantum, nec quidem intelligunt. Funiculum enim umbilicalem non rite inuoluunt, nec non fascias circa pectus, ventriculum atque abdomen nimium constringunt. Quae quidem constrictiones circa pectus respirationem liberam tollunt, ventriculum premunt, eumque lacte repletum materno ad vomitus disponunt; circa lumbos vero ductae peluim puellarum statim ab initio angustiores vel omnino male formatam reddunt.

Restat vt quaedam de regimine puerperarum moneamus. Confectudo scilicet inualuit apud omnes fere obstetrices nec prorsus improbanda quidem illa, nec tamen omni ex parte laudanda, qua puerperarum abdomen fasciis ligare solent conuolutis, vt vterum ad contractionem sui leniter inuitent. Quae vero ligatura, cum paulo arctior constringitur; aut fines fasciarum quas vernaculi sermonis consuetudo appellat (Quehlen) in nodum crassiores abdomini vel lumbis incumbentem colligantur, et puerperis pressione sua atque vehementiori constrictione molestissima esse et inflammationi vteri causam praebere neces-



fario debet. Eodem modo, vt haemorrhagias praecaveant, femura firmiter colligant, quo tamen nihil aliud efficiunt, nisi hoc, vt lochialis retineatur sanguis, retentus grumofus atque putridus fiat, isque reforptus febres producat putridas, puerperarum, purpuratas. Quies, quamquam puerperis per partus dolores perpeffis, et vigiliis antegreffis summopere fessis ea vtilissima fit: tamen solent obstetrices trium post partum horarum imperare vigilias, ne haemorrhagia vteri fomno superueniens aegrotantem conficiat. Qui timor prorsus vanus est, damnumque facile cauendum, si modo curaueris, vt aliquis, qui aegram obseruet, lecto assideat. Porro potu generis calidioris, vt vino, spiritibus ardentibus, potu Coffeae atque cereuisia bene lupulata sensile puerperarum corpus stimulare malunt, quam victu molli leuiterque nutriente parturientes viribus exhaustas reficere atque corroborare. Lochia si nimis parce excernuntur, pellentibus, balsamicis atque aloëticis remediis restituere atque promouere conantur, nec ad causas quibus forte retardetur lochiorum fluxus, respiciunt. Alius, quae quotidie nisi sponte sequatur, clysmate emollienti ex lacte, oleo et saccharo est sollicitanda, per nouem post partum dies, si obstructa manserit, id vtilissimum esse perhibent, linguaque diserta persuadent puerperis. Grauiissima vero inde parari praegnantibus mala immo vitae pericula, sibi haud patiuntur persuaderi. Sic quoque in iis, quae ad prolem lactandam suam vel impotentes, vel variis ductae cupiditatibus matris officium explere recusant, lactis secretionem variis mammae applicatis vnguentis, emplastris acidis, adstringentibusque remediis turbant atque reprimunt. Quibus vero omnibus coagula lactis, stases, indurationes, vlcera profunda, immo scirrhus, haud raro producunt.

Et

Et haec de erroribus, quos obstetrices cum circa opem in partu praestandam, tum circa regimen infantis recensnati atque puerperae plerumque committere solent, dicta sufficiant. Ex quibus rite consideratis, et mala artis obstetriciae conditio, luculenter, ut nos quidem arbitramur, apparebit, et iudicium, quod ab initio libelli nostri de imperitia obstetricum nostrarum, quae omnibus animi destituuntur dotibus, ferendum censuimus, fatis superque confirmabitur.

Iam videamus igitur, utrum corporis dexteritate se magis commendent? Ad corporeas vero bonae obstetricis dotes referuntur inter alias hae, ut digitorum flexibili dexteritate, qua omnia rite contrectent, ac manu non nimis robusta sit praedita, integerrimaque fruatur fanitate. Iam adspiciamus obstetrices nostras, plurimas deprehendimus debiles, infirmas, vetulas: quae ipsae variis iamiam vexantur corporis vitiis atque morbis, veluti herniis uterique prolapsibus. Quomodo quaeso fieri poterit, ut istae tam infirmae mulieres cum plures partus sibi succedunt, diuturnis saepe et operosioribus interesse; ut vigiliis saepe diu noctuque protractas perferre; ut situ corporis quocunque prout partus natura atque indoles requirit, praegnantibus opem ferre valeant; ut hisce omnibus obnoxiae animo inter partum adeo sibi consentent, ut, quae agere quaeque ommittere debeant, diiudicare possint? In pagis vero feminae crassiores ossium et duriori compage graues, quarum manus laboribus agrestibus peractis durissimae factae, callo obductae et plane hebetes redditae sunt, illo gravissimo funguntur munere. Quam vero in partu opem ab eiusmodi obstetrice, quae non solum animi careat facultatibus necessariis, sed etiam corporis primaria virtute, tactu nempe illo acutissimo destituatur, expectare possumus?

Aequè



Aequè minus probandae sunt ac laudandae obstetrices nostrae ob morum probitatem atque integritatem. Cum enim plerumque ex infimae plebis legantur classe, omnique careant liberaliori institutione atque educatione; non potest non euenire hoc, vt incultis plane atque rusticioribus sint moribus; nec vllò honestatis stimulo ac humanitatis sensu ad officium ipsis mandatum rite administrandum excitentur. Sola ducuntur lucri turpis cupiditate auriq̃e sacra fame. Vnde diligenter cauent, ne forte obstetricans in auxilium vocetur, qui detegat ipsorum errores, iisque detectis de praemio ipsis destinato aliquid derogetur. Omnia igitur conquirunt, quibus et dexteritatem suam celebrare et obstetricantis peritiam suspectam, ipsum vero praegnantibus odiosum reddere queant. Hinc plurimae puerperae perire malunt, foetusque vt ante partum moriatur, permittere, quam vt mature obstetricans accersetur, concedere.

Quoties hic loci, vt opem ferrem praegnantibus, vocatus sum, toties foetum mortuum, foetentem, signaque putredinis habentem eduxi, matrem vero per tres quatuorue diès partus negotio detentam, immo cum morte luctantem reperi.

Et hac occasione non possum a me obtinere, quin vituperem prauam illam consuetudinem a ditioribus feminis introductam atque abusum eum, quo obstetrices praemiis maioribus ac paene infanis exornant, ipsisque quoties redeunt, vt vel fascias mutent infantis, vel matres ipsas visitent, bellaria varii generis vinaque offerunt. Quibus omnibus adeo deprauantur obstetrices, vt praegnantibus, quibus curtiior suppellex est, opem ferre vel recusent vel ipsas saltem valde negligent, immo ebrietate vinoque sepultae multo plures et maiores errores committant, nec raro matrem et foetum simul trucidant. Dein-



Deinde superstitioni omnis generis deditissima sunt, eaque detestabili animi peste omnes inficiunt puerperas, narrant assidentes lecto varias mirabiles immo terribiles horrendasque fabulas, atque sic panicum fere timorem iniiciunt parturientibus de improvviso interdum vim suam exerentem easque in vitae periculum coniciientem. *) Nec non partus difficiles immo praeternaturales plane, variis sese tollere didicisse praefligiis atque fascinationibus, praegnantibus persuadere solent. De variis illis incantationibus, quae ad lectos praegnantium atque puerperarum perficiuntur, alio tempore copiosius exponam.

Garrulitate tandem sua omnia produunt, quae tempore partus acciderint; quibus morbis affectae fuerint puerperae; quibusue interfuerint partibus clandestinis; qua re et famae nocent familiarum et se ipsas male commendant. Talis sunt indolis obstetrices, quae nostra terra alit, et quibus ubique diuinae artis exercitium libere concessum est.

Iam ad chirurgos nos vertamus, qui interdum ad lectos praegnantium, ut obstetricantis agant personam, vocantur, eosque notemus, paucis tamen verbis exposituri, quid in iis reprehendendum videatur.

Exacte

*) van Swieten: Comment. in Boerh. Aphorif. Tom. IV. p. 497. §. 1306. casum eiusmodi tristissimum narrat, ex quo obstetrices alique adstantes discant, quantam curam adhibere oporteat, ne imprudentia sua praegnantem iritent inopinatio nuncio, bono vel malo, multo minus puerperas. Noui gravidam, dicit, quae placidissime dormiverat, dum in vicinia periculofum erat incendium: sollicita mater, mane accurrens, gratulabatur filiae, quod blandus somnus omnem timorem arcuisset. Mox incipit tremere misera toto corpore et angī, simulque totus lectus iam inundabatur sanguine, sequente animi deliquio, et convulsionibus: tamen a periculofa hac veri haemorrhagia conualuit: sed foetum quadrimestrem abortiens perdidit.

D



Exacte conueniunt cum ratione doctrinae, tum dexteritatis, cum obstetricibus paulo ante descriptis. Nec praeter vncum vllum vulgo possident instrumentum, vel aliis vti didicerunt. Vnco autem eo omnes praeternaturales absolui posse partus opinantur, atque saepius, dum ipsum in pectoris cauitatem infantis immittunt, hacque ratione violenta manu extrahere nituntur, non solum dilacerant saepe viuum adhuc foetum, sed etiam matres acutissimis afficiunt doloribus, immo per totum saepe cubiculum miseram ac doloribus cedentem matrem violenter trahunt. Ipse met noui duas foeminas, quae haec tormenta expertae sunt, et hoc modo vexatae a chirurgis scilicet, vel balneatoribus ineptis. Dirissima sane operatio atque horrore perfundens omnes, qui erga humanitatis sensum nondum plane occalluerunt. Nonne tales homunciones nomen carnificis potius vel lanionis, quam obstetricantis mereantur?

Medici vero nostri, qui morbis curandis operam dant, aut artis obstetriciae percepta non rite callent, aut si callent, nihil inde commodi accipit res obstetricia, cum artem ipsam exercere multi nolint. Quid igitur prodest arcessere medicum, qui manum admouere praegnantis non audeat; quid prodest ipsis audire consilia, cum obstetricans, qui ea exsequatur, deficiat; nam obstetrices et chirurgi saepe nec sensum verborum satis intelligunt, nec quomodo omnia perficienda sint, perspiciunt. Hinc miserrima sane rei obstetriciae apud nos conditio est. Nec vlla adhuc affulget spes, fore vt obstetrices melius instructae beneque moratae prodeant, quam diu res eo, quo iam iam positas cernimus statu collocatae manent. Vnde enim quaeso discere debeant artis praecepta obstetrices? cum nondum conditae sint scholae, in quibus gratis doceatur artis, quam aliquando profiteri cupiunt, doctrina. Ipsae enim minime vtuntur re tam lauta, vt ex ea sumtus, qui et ad libros emendos, et ad honorarium pro audiendis institutionibus artis nostrae soluendum requiruntur, petere possint, cum pleraeque vix de quo uiuant,

uant, habeant atque possideant. Vnde dexteritatem ad artis exercitium rite administrandum maxime necessariam sibi comparent, cum nulla extent nosocomia, publicis sustentata sumtibus praegnantibusque recipiendis vnice destinata, in quibus et gratuitum artis concedatur exercitium, et manuuctiones a viro rei perito ipsis monstrantur. Vanum enim est, scire regulas artis alicuius, nec quomodo sint ad vsum transferendae, cognitum habere.

At forte dicat aliquis: Obstetrices atque obstetricantes tam rudes vti sint a nobis paulo ante descripti, nequiquam esse posse, cum legibus sancitum sit atque cautum, ne quis artis exercendae accipiat facultatem, nisi qui antea speciminibus editis atque tentaminibus a physico medico instituendis rite peractis dexteritatem suam luculenter docuerit. Ita praecipere leges et secundum eas omnes prouocari obstetrices ad examen subeundum, nec nisi producto physici testimonio dexteritatis satis spectatae ad liberum artis exercitium admitti ingenue profiteamur. Inde vero ad ipsarum scientiam atque habilitatem in arte exercenda concludere nolim. Nam si physici ex legum seueritate magis, quam aequitatis sensu de ipsarum scientia iudicium ferre vellent, quot quaeeso essent obstetrices in vniuersa Saxonia ex hac regula probandae. Nec debent ita cum ipsis agere, cum bene sciant mulieres obstetricum munera ambitees, plerumque prouectioris esse aetatis; ingenio atque memoria minus pollere; pauperrimas esse, ipsisque tempus vix ad panem lucrandum sufficere, nullum vero, quod discendo consumant super esse; nec non omnem ipsis plura addiscendi defuisse occasionem; immo, si vel his reculent artis exercendae libertatem nullas adesse melius instrugas suaque dexteritate se magis commendantes. Contenti igitur haud raro esse debent, si qua mulier sese offerat, quae munus istud grauissimum et tot tantisque obnoxium molestiis atque laboribus obire cupiat. Omni itaque vacant culpa physici. —

Quibus




Quibus vero omnibus breuiter expositis atque allatis nos satis luculenter demonstrasse nobis videmur miserissimam rei obstetriciae conditionem atque formam esse: ac docet profecto res ipsa et vsus vitae, que-
relas a nobis propositas, minime vanas esse. Facile enim quisque harum rerum idoneus iudex iam e tabulis, quas adiecimus huic scriptiunculae, fide dignissimis, et a viris doctissimis nobiscum benigne communicatis, perspiciet, eorum infantum, qui mortui in lucem protrahi sunt, numerum esse tantum, quantus nullo modo foret, si parturientibus adessent idoneae vel obstetrices vel chirurgi, medicinae periti. Quis leniter ferat hos casus tristissimos, quibus tot nati ciues parentibus ac reipublicae violenter furripiuntur.

Plura quidem super sunt, quibus sententia nostra et magis confirmetur et clarius illustretur; de quibus tamen, vt et de reliquis libelli nostri partibus, de remediis nimirum huic malo opponendis, alio tempore copiosius, et vt speramus, accommodate ad vsum, patriaeque utilitatem exposituri sumus, cum iam spatii angustiis excludatur ista disputatio.

Iam vero ad id, cuius causa haec omnia conscripta sunt, veniamus; publice nimirum celebranda est gratiarum actio summa SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS FRIDERICI AVGVSTI in me gratia atque indulgentia, qua factum est, vt munus Professoris Medicinae Extraordinarium in hac Vniuersitate litterarum mihi clementissime demandaretur. Id quod faciam, hoc munus oratione solempni auspicaturus, qua „*De cura variarum gentium circa rem obstetriciam*” sum expositurus. Quam orationem, vt benigne audire velint RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, Patres Academiae conscripti, vtriusque reipublicae Proceres Grauissimi, Generosissimi, denique atque Humanissimi Academiae nostrae ciues, omni qua decet obseruantia et humanitate rogo.

P.P. Dominica Misericordias Domini A. R. S. cIdIdcclxxxii.



| In der Paro. | 1775. | | An. 1776. | | An. 1777. | | An. 1778. | | An. 1779. | | An. 1780. | | An. 1781. | |
|------------------|-------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|
| | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. |
| I. Stadt Kemberg | 2 | 48 | 1 | 50 | 2 | 40 | 3 | 40 | 3 | 42 | 3 | 62 | 1 | |
| II. Gomlo. | — | 13 | — | 16 | 1 | 6 | 4 | 7 | 2 | 12 | — | 17 | 2 | |
| III. Meuro. | 1 | 22 | — | 23 | — | 10 | 2 | 6 | 1 | 17 | 2 | 36 | 2 | |
| IV. Stadt Schmie | 5 | 31 | 6 | 52 | 4 | 57 | 2 | 55 | 3 | 48 | 5 | 66 | 5 | |
| V. Trebitz. | 2 | 26 | 4 | 20 | 1 | 34 | 3 | 22 | 3 | 31 | 1 | 22 | 1 | |
| VI. Bleddin. | — | 3 | 1 | 8 | — | 11 | — | 5 | — | 11 | — | 8 | 1 | |
| VII. Wartenburg. | — | 14 | — | 19 | — | 15 | 1 | 23 | — | 16 | — | 20 | 1 | |
| VIII. Globig. | — | 10 | 2 | 12 | 2 | 17 | — | 12 | — | 13 | 1 | 12 | 1 | |
| IX. Rakith. | — | 16 | 4 | 18 | 2 | 19 | — | 18 | 1 | 17 | — | 8 | — | |
| X. Bergwitz. | 1 | 12 | — | 13 | — | 9 | — | 7 | 1 | 5 | — | 16 | — | |
| XI. Segrehn. | 3 | 20 | — | 24 | — | 19 | 3 | 20 | 3 | 18 | 1 | 19 | — | |
| XII. Radis. | 3 | 15 | 3 | 13 | 3 | 19 | 1 | 10 | 1 | 10 | 1 | 24 | 3 | |
| XIII. Rotta. | — | 17 | 4 | 29 | 3 | 20 | 2 | 14 | 3 | 12 | 1 | 18 | 5 | |
| | 18 | 247 | 25 | 297 | 18 | 276 | 21 | 239 | 21 | 252 | 15 | 298 | 22 | |

Notis complectitur vrbes 2, vicos et villas 44. ecclesias pa-
), cœmeterio adiunctas 2, et verbi diuini ministros 15.
 cus Wartenburg nec filiali ecclesia gaudent, nec vico pa-

In der Diöces KEMBERG

waren

B e g r a b e n e ,

und zwar:

| In der Parochie. | An. 1764. | | An. 1765. | | An. 1766. | | An. 1767. | | An. 1768. | | An. 1769. | | An. 1770. | | An. 1771. | | An. 1772. | | An. 1773. | | An. 1774. | | An. 1775. | | An. 1776. | | An. 1777. | | An. 1778. | | An. 1779. | | An. 1780. | | An. 1781. | | | |
|-------------------------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|-----------|------|----|---|
| | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | Get. | Ung. | | |
| I. Stadt Kemberg. | 72 | 5 | 37 | 2 | 39 | 1 | 55 | 3 | 47 | 1 | 33 | 6 | 45 | — | 51 | — | 103 | — | 61 | — | 70 | 2 | 40 | 2 | 48 | 1 | 50 | 2 | 40 | 3 | 40 | 3 | 42 | 3 | 62 | 1 | | |
| II. Gomlo. | — | — | 11 | 1 | 9 | — | 11 | 1 | 19 | — | 20 | 2 | 6 | — | 11 | — | 7 | — | 29 | — | 13 | — | 13 | — | 18 | — | 16 | 1 | 6 | 4 | 7 | 2 | 12 | — | 17 | 2 | | |
| III. Meuro. | — | — | 15 | 1 | 9 | 1 | 14 | — | 24 | 1 | 25 | 2 | 13 | 6 | 15 | — | 18 | 1 | 44 | 1 | 14 | — | 20 | 1 | 13 | 1 | 22 | — | 23 | — | 10 | 2 | 6 | 1 | 17 | 2 | 36 | 2 |
| IV. Stadt Schmiedeberg. | 50 | 2 | 33 | 5 | 52 | 6 | 70 | 6 | 76 | 6 | 52 | 7 | 52 | 6 | 94 | 1 | 157 | 2 | 64 | 1 | 62 | 4 | 65 | 5 | 31 | 6 | 52 | 4 | 57 | 2 | 55 | 3 | 48 | 5 | 66 | 5 | | |
| V. Trebitz. | — | — | 25 | 2 | 19 | — | 21 | 2 | 31 | — | 43 | 2 | 25 | 1 | 23 | 1 | 34 | 4 | 64 | — | 36 | 1 | 31 | 4 | 26 | 2 | 26 | 4 | 20 | 1 | 34 | 3 | 22 | 3 | 31 | 1 | 22 | 1 |
| VI. Bleddin. | — | — | 9 | — | 9 | — | 9 | 3 | 19 | — | 14 | 1 | 6 | 1 | 6 | 1 | 9 | 1 | 20 | — | 11 | 1 | 7 | — | 13 | — | 3 | 1 | 8 | — | 11 | — | 5 | — | 11 | — | 8 | 1 |
| VII. Wartenburg. | 13 | — | 13 | — | 12 | — | 10 | — | 15 | — | 14 | — | 5 | — | 9 | — | 30 | — | 17 | 2 | 15 | 1 | 30 | — | 14 | — | 19 | — | 15 | 1 | 23 | — | 16 | — | 20 | 1 | | |
| VIII. Globig. | — | — | 8 | — | 14 | — | 6 | 2 | 7 | — | 26 | 1 | 5 | — | 11 | — | 14 | — | 20 | — | 15 | — | 12 | 1 | 15 | — | 10 | 2 | 12 | 2 | 17 | — | 12 | — | 13 | 1 | 12 | 1 |
| IX. Rakith. | — | — | 21 | 1 | 32 | — | 25 | 1 | 16 | 1 | 22 | 4 | 11 | — | 15 | — | 25 | — | 27 | — | 24 | 2 | 25 | — | 19 | — | 16 | 4 | 18 | 2 | 19 | — | 18 | 1 | 17 | — | 8 | — |
| X. Bergwitz. | — | — | 8 | 2 | 13 | — | 12 | — | 12 | — | 14 | 2 | 4 | — | 8 | 3 | 13 | 1 | 20 | 1 | 9 | 1 | 6 | — | 8 | 1 | 12 | — | 13 | — | 9 | — | 7 | 1 | 5 | — | 16 | — |
| XI. Segrehn. | — | — | 18 | 2 | 19 | 1 | 26 | 3 | 21 | 1 | 24 | 2 | 17 | 2 | 17 | 2 | 22 | 1 | 30 | 1 | 21 | — | 15 | — | 19 | 3 | 20 | — | 24 | — | 19 | 3 | 20 | 3 | 18 | 1 | 19 | — |
| XII. Radis. | — | — | 10 | 5 | 17 | 2 | 28 | — | 19 | 2 | 19 | 1 | 11 | — | 10 | — | 22 | 1 | 54 | 2 | 17 | 1 | 16 | 1 | 8 | 3 | 15 | 3 | 13 | 3 | 19 | 1 | 10 | 1 | 10 | 1 | 24 | 3 |
| XIII. Rotta. | — | — | 20 | 1 | 13 | 2 | 15 | 2 | 18 | 1 | 21 | 1 | 13 | 2 | 22 | 2 | 25 | — | 45 | 1 | 20 | 1 | 16 | 1 | 13 | — | 17 | 4 | 29 | 3 | 20 | 2 | 14 | 3 | 12 | 1 | 18 | 5 |
| Summa | 280 | 22 | 235 | 13 | 270 | 21 | 321 | 15 | 366 | 25 | 210 | 25 | 240 | 15 | 343 | 10 | 643 | 8 | 322 | 11 | 308 | 15 | 300 | 18 | 247 | 25 | 297 | 18 | 276 | 21 | 239 | 21 | 252 | 15 | 298 | 22 | | |

Norandum I. Pastoribus in Relationibus sub initia cuiusvis anni ad Ephoros suos mittendis, et Superintendentibus in Tabulis generalibus Consistorio tradendis ex lege lata Dresdae Anno 1764. d. 30. Nouembr. iniunctum est, vt in designando natorum & baptizatorum numero semper hoc speciatim indicent: quot sint ex illis masculini generis? quot femini; item in constituendo mortuorum et sepultorum numero: quot ex his baptizati? quot vita carentes nati? quot denique fuerint non baptizati?

Nor. II. Diocesis Kembergensis complectitur vrbes 2, vicos et villas 44. ecclesias parochiales 13, filiales 9, cæmeterio adiunctas 2, et verbi diuini ministros 15.

Nor. III. Vrbs Kemberga et vicus Wartenburg nec filiali ecclesia gaudent, nec vico parochiali iure coniuncto.





~~1092~~
Urn

ULB Halle

3


006 684 394



VD 78







DE CVRA QVA RES PVBLICA
PROSEQVI DEBEAT REM
OBSTETRICIAM

COMMENTATIONIS MEDICAE

SECT. I.

NECESSITATEM REI OBSTETRICIAE EMENDAN-
DAE EX TRISTISSIMÁ IPSIVS CONDITIO-
NE AC FORMA DEMONSTRANS

A VCTORE

CHRISTIANO AVGVSTO LANGGVTH

PHILOSOPH. ET MEDICIN. DOCT. PROFESSORE PVBL.
EXTRAORDINARIO.



WITTEBERGAE MDCCCLXXXII.

1782
2 Fla.

1782

